



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post  
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

Fabrica Sancti Petri de Vrbe.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

& alias decretum ipsum in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum si superior in regularem deliquentem non animaduerterit, quinimo si illum in punitum ad alia suorum ordinum loca, extra episcop. diocesim, ut præfertur, transmisit volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut superior instantie episcopo, intra terminum, ab episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, nec nō & sub inabilitatis ad illa, & alia in posterum obtainenda, ac ulterius priuationis actiua & passiua vocis, ad quas a nemine præterquam a nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente restituiri possit, ipso factio similiter incurrendis penitus, ipsum regularem delinquentem a loco, ad quem transmissus fuit revocare, & in quo deliquerit, constituere seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per presentes similiter statuimus, ut ordinarius loci ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super premissis ab ipso ordinatio loci, ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super premissis ab ipso ordinatio loci, in quo deliquerit, similiter requiritur, vel alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolicae delegatus prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem sciere animaduertere possit, & debat. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque iudices, & Comissarios quouis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinales, & Caurum Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis alter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, iuritum quoque, & iurane, quicquid secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter, vel in ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, &c.

Iurisdictionis ordinariorum est fundata in iure commun cap. omnes balistica. 16. q. 7. cap. cum personæ de priuilegiis. in 6. super omnes de diocesi exceptis exemptionis. cap. sane, & ibi gl. de excess. prælat. & propriæ Sedis Apostolicae est eximere glor. in c. 1. ver. exemptionis de priuilegiis. in 6. qui exempti in multis casib. iurisdictioni episcoporum subjiciuntur. glor. in d. c. 1. in ver. instituta, & in clem. 2. §. fin. in ver. puniri de panis, & remiss. & quando priuilegium non extendatur contra ordinarium est tex. in c. Ne aliqui de priuilegiis. in 6. & quando ex verbis priuilegiis non discerni possit, si ordinariorum iurisdictioni sit derogatum, vide tex. in c. ex parte de priuilegiis. & in c. Si Papa cod. tit. lib. 6. Mascard. de probat. conclus. 713. An autem pendente lite inter episcopum, & aliquem ex suis clericis, exemptus existat clericus ab ipsius episcopi iurisdictione, notabiliter declaratur per Guel. Caslad. decis. §. sub tit. de priuilegiis.

## FABRICA SANCTI PETRI DE VRBE.

*Con-*  
*gruit*  
*tit. de*  
*testam.*

*Pij V.*

PRÆTER Summistas sciendum est, quod licet Episcopi de iure sint executores piarum voluntatum c. 2. & cap. tua nobis, & ibi Doct. præfertim Conplures explicans assertiones de testam. etiam tanquam Sedis Apostolicae delegati, Concil. Trid. sess. 22. de ref. cap. 8. in princ. id etiam agere valeat Officium Reverendæ Fabricæ S. Petri, & extat Pij. V. Bulla applicationis Fabricæ medietatis relictorum piarum non exactorum per triennium, sub Dat. Romæ XI. kal. Ianuarij. 1569. folio. 1605. in Bullatio incip. Exigit, & infra.

H. ne sit, quod nos, qui nuper accepimus, quod tam in alma Virbe nostra, alijs Ciuitatibus, Terris, Dominijs, locis, & Regnis reperiuntur multa legata a pñs testatoribus facta ad effectum celebrationis Missarum, & recitationis Diuinorū officio.

Officiorum, nec non erogationis eleemosynarum diuersis Ecclesijs, Monasteriis, Hospitalibus, & alijs pijs locis, ipsaque legata hæredum auaritia, seu alias per trienium retroactū executioni debitā demandata nō fuerint, volētesque &c. De Apostolicæ potestatis plenitudine Deputatis, & Collegio huiusmodi, si & postquam iuxta tenorem priuilegiorum, & facultatum tibi concessarum legata huiusmodi executioni debitā demandari fecerint, vnam illorum medieratē, reliquam vero loco, cui legata fuerint, applicamus, & appropriamus. Decernentes &c. Sicque per quoscunque iudices &c. (Super qua Bulla, & alijs dubiis editis fuerunt declarations sequentes.

Declarationes facultatum Reuerendæ fabricæ Sancti Petri de Vrbe factæ ab Ilustrissimis Deputatis dictæ Fabricæ in Vrbe residentibus, super interpretationem eis concessa dubiorum occurrentium circa priuilegia directæ Fabricæ, ad tollendas difficultates, quæ sèpe in controvërsiis iudiciorum coram eius Commissariis, & iudicibus oriuntur, ac pro facilitiori litium expeditione infra scripta declaranda, & interpretanda duxerunt, videlicet.

Quoniam iuxta priuilegia eidem Reuerendæ Fabricæ concessa delegatis, hæreditatibus, & pijs dispositionibus certis, ad fauorem pitorum locorum, Ecclesiastū, & Ecclesiasticarum personarum, pro una vice, & sine onere, aut cum eo relictis, & factis, quæ intra annum ab hæredibus, seu alias grauatis realiter adimpta, non fuerunt usque ad triennium computandum a die mortis, quinta pars, tanum ad ipsam fabricam spectat, lapsò vero triennio, si adhuc ad impleta non sint, eidem Fabricæ medietas debetur. Declaramus medietatem huiusmodi pariter die mortis dictorum testatorum, & disponentium ipsi Fabricæ debitam esse, seruandāq; fore in his Bullam fel. rec. Pii Papæ V. sub Datum 11. Kal. Januarii. 1569. quam generaliter de omnibus pijs relictis intelligendam esse significamus, & interpretamur, & prædicta etiā locum habere in relictis similibus, quæ intra statutum a testatore, & disponente tempus satisfacta non sunt, ut eo lapsò triennium intelligatur cucurisse a die mortis.

Annua vero pia legata, & disposita pijs locis Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis certis, & nominatis cum onere celebrationis Missarum Diuinorum Officiorū, erogatione eleemosynarum, aut similium in perpetuum, aut ad certum tempus, seu statutis quibusdam diebus ita anno, vel hebdomada, pro quorum adimplemento bona, seu etiam redditus perpetui, aut ad tempus relinquuntur: & hæredum, seu aliorum, qui ad id quomodolibet obligati erant, aut tenebantur, auaritia, pro præterito adimpta cum effectu non sunt tunc redditus, & relictæ huiusmodi hucusque decursa, & realiter non solata, fabricæ debeantur: In futurum vero decurrentia ipsijs legatariis cum onere iniuncto applicentur, ut hactenus obseruatum est.

Quando vero bona, seu anni redditus, & introitus a monasteriis, Capitulis, Cappellanijs, seu alijs legatariis percepti, & exacti sunt, ac percipiuntur, & exiguntur pro dicta celebratione Missarum, & diuinorum Off. in perpetuum, aut ad tempus ut supra, & Missæ huiusmodi, aut diuina off. in toto, vel in parte ab ipsis legatariis celebratae nō fuerint, vel celebrari desierūt, aut etiā minime celebrātur propriijs legatarii negligentia, seu impotentia tempe, quod maiori sit numerus Missarum, quam Sacerdotum, huiusmodi relictæ pro rata Missarum, & diuinorum Officiorū, sic per negligentiam, seu impotentiam omissarum ad Fabricam ipsam devoluta esse declaramus. Dantes facultatem ministris a nobis deputatis, seu ab aliis ad hæc specialiter substitutis, ut cum legatariis, aut alias,

alias obligatis, ad quos spectat, si eis melius expedire videbitur, pro præterito tantum desuper componere valeant.

Si autem ipsi legatarii, quibus a principio redditus, & bona huiusmodi reliæta sunt ex instituto, & obseruantia regulæ, talium relictorum in capaces erant, aut a principio quidem capaces existebant, sed propriez regulæ mutationem in capaces effecti sunt, inherendo dicta Fabricæ privilegiis, aut declaratio inbus alias factis, præsertim sub die 18. Martij 1589. Declaramus huiusmodi, quæ a principio personis incapacibus facta sunt, siue ex post facto incapaces sunt redditus, non ad hæredes grauatos, seu alias obligatos spectare, seu uti caduca ab eis vindicari posse, sed Fabricam ipsam nendum in vim institutionis, sed etiam substitutionis, & fideicommissi, tanquam incerta effecta spectuisse, & spectare, & sub privilegijs ipsius Fabricæ comprehendendi, prout etiam quæ forte ex quicunque causa a legatariis ipsis etiam capacibus recusata, & non acceptata fuerunt, acie-  
casantur, & non acceptantur.

Similiter annua pia legata pro pauperibus puellis nuptiis tradeditis, quæ amo-  
re Dei, seu alias ratione animæ, non autem affectu sanguinis, aut temueratio-  
nis seruitiorum facta erunt, si per aliquot annos ab hæredibus, aut alijs grauatis  
neglecta fuerint, nec effectualiter, persoluta, seu deposita, etiam si forte per di-  
ctos hæredes, aut grauatos huiusmodi puellarum electio facta forte pro annis,  
& temporibus decursis, ad Fabricam ipsam pertinente declaramus. Decurrentia  
vero in futuram pro pauperibus huiusmodi puellis maritandis etiam ante ele-  
ctis, ut præfertur, integra cedantur, nisi in totum incerta essent, ita ad Fabricam  
iuxta priuilegia, omnino spectarent, prout etiam eidem Fabricæ competunt om-  
nia alia pia legata incerta, & maxime pro male ablatis reliæta, ita ut etiam ab  
Ordinariis locorum si forte ad eos peruenient, vindicari valeant iuxta priuile-  
gia prædicta.

Insuper quia, ut accepimus, sepe huiusmodi legata, & pia dispositiones pro  
constructione Monasteriorum, Hospitalium, Cappellarum, aut pro sustenta-  
tione ecclesiasticarum personarum secularium, seu regularium, tam virorum,  
quam mulierum, & similium, nec intra, vel post triennium, hæredes ea adimplen-  
te curant, ex quibus si quinta, aut medietas respectiue pro Fabrica dettabatur,  
opera ipsa aut in totum negliguntur, aut sine debita perfectione inchoata rema-  
nent, nec defunctorum voluntas, ut par est, obseruatur. Quo ut huic incommo-  
do, quantum fieri potest, occurramus, & hæredibus, ac alijs obligatis omnis fra-  
dis occasio auferatur, dum huiusmodi legatorum solutionem, & executionem  
procrastinare solent, ut interim dictorum priorum relictorum fructus percipiant, ad quo-  
rum restitutionem non teneri prætendunt, & per capitalis solutionem satisfecisse le-  
statorum voluntati contendunt. Idecirco declaramus dictos hæredes, seu alios  
grauatos existere ad fructus huiusmodi legatorum persoluendos, a die mortis,  
quos realiter ex re legata, seu alias reliæta perceperunt, aut percipere potuerunt,  
si res huiusmodi sui natura, aut alias fructifera sit ita tamen, ut in posterum fa-  
bricæ non quinta, aut medietas reliæti, sed fructus ipsi talis reliæti persoluatur,  
legatum vero ipsum integrum pro perfectione dicti pii reliæti configetur, & re-  
seretur.

Præterea, quia sepe contingit pia huiusmodi legata, & dispositiones pro  
constitutione Monasteriorum, Hospitalium, seu Ecclesiæ, & similium reliæ-  
torum, debitæ executioni demandati non posse propriez aliquod facti, seu iuriis  
impedimentum, quia nempe pecunia reliæta ad construendum Monasterium non  
sufficit,

sufficit, aut in loco a testatore designato edificari non potest, seu etiam licentia ab Episcopo, aut alio Superiori obtinere nequit: cum æquum non sit, ut pius opus huiusmodi propterea deseratur, sed potius in aliud de iure commutandum veniat, declaramus, ut granaria certus competens terminus præfigatur, arbitrio Iudicium pro impedimentis huiusmodi realiter, & cum effectu remouendis, aut pro obtinenda a Sede Apostolica commutatione talis p[ro]p[ter]a reliqui, & dispositionis. Quo si terminus elapsos, & impedimenta remota non fuerint, aut commutatio obtestra non sit, tunc legatum ipsum integraliter a Fabrica exigatur, proinde ac si ad Fabricæ utilitatem deuolutio facta fuisset.

Cum vero interdum eo usque habendi cupiditas accrescat, ut non vereantur multi hæredes, & legatarii scripturas falsas fabricare, priores datas cōfingere, aut alias Fabricam ipsam defraudare: Declaramus contra huiusmodi falsarios, complices aut quo quis modo calpabiles, omnibus iuris, & facti remedii procedi debere, etiam declarando eos in censuras Ecclesiasticas, & poenias incidisse, multatas, & poenias ad fabricæ utilitatem conuertendas fore, iuxta eiusdem fabricæ priuilegia.

Tandem teneri hæredes, qui intra statuta a iure tempora, bonorum hæreditariorum legitima inuentaria non conferunt, ad integrum solutionem faciendum legatorum, & piorum relictorum, quoties iuxta eiusdem fabricæ priuilegia, in foro judiciali conuenti fuerint, neque sub prætextu, quod hæreditas soluedo non sit, excusare posse, quo minus etiam vakra vites hæreditarias teneantur. Cum enim sine inuentarii confectione hereditates adeundo, aut in eis scipios imiscendo, cum legatarijs quasi contraxisse videantur, non debent beneficio legis perfici, quam contemnendam esse censuerunt, nisi a S.D.N. restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis ad inuentarii confectionem concessi forsan obtinuerit.

Ne autem de prædictis vello unquam tempore dubitari contingat, & ut iustitiam indifferenter omnibus cuiuscunq[ue] gradus, & conditionis existunt, ministri, iusimus, & mandauimus hanc nostram declarationem etiam per Secretarium nostrum in membranis redigi, solitoq[ue] sigillo subsignari. Datum Roma die Vigesima septima mensis Martii Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo. Pontificatus S.D.N. Clementis Papæ Octavi. Anno eius septimo.

Ad fauorem etiam prædicti Officii Fabricæ adest Motus proprius Pii Papæ IIII per quem datur facultas Collegio, & Deputatis Fabricæ S. Petri de Urbe, cogendi quoscunq[ue] Notarios ad aperiendum, & ostendendum testamenta, post annum a die obitus testatoris fol. 728. in Bullar. incip. Eisi per diuersos, & infra.

De Apostolice potestatis plenitudine, prædictis Collegio, & eius Commissarijs, ut sub poena excommunicationis latæ sententiæ, ac alias iuxta formam facultatum, priuilegiorum, & indultorum prædictorum, omnes, & singulos Notarios, penes quos huiusmodi testamenta clausa, ut præfertur, vel alias reperitur, vel in futurum reperientur, post annum a die obitus testatorum ad illa aperienda, & ipsis Commissariis ostendenda, solutaque ipsis Notariis debita mercede, iuxta formam priuilegiorum prædictorum ad tradendum sibi exemplar ipsis Testamentorum in forma probanti, & authentica, etiam cum inuocatione brachii secularis, si opus fuerit, quacunque appellatione remota cogere possint tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Sicque in præmissis &c. Non obstantibus &c.

Item.

Item ad fauorem prædicti Officii Fabricæ per Pium V. fuit prouisum, quod duæ sententiæ diffinitiæ in causis Fabricæ Sancti Petri faciant rem iudicatam in ea parte, in qua sunt conformes, & commissiones appellationum, quæ concederentur, intelligantur cum clausula, sine præjudicio executionis duarum conformium, ut in eius Bulla incip. Et si omnium litium &c. fol. 166. in Bullar.

De creatione Collegij Fabricæ Basilicæ S. Petri de Urbe, eiusque Officialibus, facultatibus, iurisdictione, indultis, exemptionibus, vide constitutionem Clem. VII. incip. Admonet nos &c. fol. 292. in Bullar.

## FIDEI PROFESSIONE.

**P**RÆTER. Summistas sciendum est, quod publicam fidei professionem facerentur prouisi cathedralibus, canonicatibus dignitatibus, & alijs quibusunque beneficijs ecclesiasticis, curam animarum habentibus ex Concil. Tridentino decreto sess. 24. c. 1. & 12. de refor. gener.

In Concilio Provinciali, & Synodo diocesana emititur etiam ab his qui de jure, vel consuetudine interesse debent ob decretum Concil. Tridentino sess. 25. c. 2 de refor. genae. Quicunque de monasteriis, conuentibus, domibus, & alijs quibusunque locis regularium quorumcunque ordinum, etiam militiarum quounque nomine vel titulo prouidentur ex Pii. 4. Constitutione de anno 1564. Idibus Novemb. Incip. In iunctum. Videlicet.

In iunctum nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus Omnipotens, ad prouidam Ecclesiae suæ directionem, Sanctis Patribus, in nomine suo congregatis diuinitus inspirate dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaq; iuxta Concilii Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus Canonicatibus, & alijs quibusunque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus, prouideri contingat, publicam Orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia peruanuros, spondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscunque quibus de monasteriis, Conuentibus Domibus, & alijs quibusunque locis, Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum, quounque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari, & ad hoc, ut unius eiusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, & certa illius forma cunctis innoteat, nostræ solitudinis partes, in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam præsentibus annotataam, publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, & alios prædictos spectant, recipi, & obseruari, ac sub pena per Concilium ipsum in contravenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, professionem prædictam solenniter fieri auctoritate Apostolica tenore præsentium districte precipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore.

Qui Summus Pont. de ea emittenda in ordinatione, & promotione Doctorum, & per alios cuiusvis artis, & facultatis prof. siores altera eius Constitutionem prouidit eodem die, & anno, incip. In sacro sancta. fol. 829. in Bullario. Videlicet.

In sacro sancta Beati Petri Principis Apostolorum Cathedra, meritis licet imparibus, hisce procellolis militantis Ecclesiæ tempestatibus constitutos, plurimum nos oportet esse sollicitos, ut Domini gregem curæ nostræ commissum non solum